ram Laboratoris & Eſtotilandiam pro ſynonymis agnoſcant, freto Hudzonis adjacentem; diverſam tamen hanc eſſe ab illa, qvam Zen- deſcribunt, vel inde ſuſpicor, qvod illam mille amplius milliaribus ad occaſum vergentem à Frislandia disjunctam perhibent: cùm tamen Frislandia ſub gradu æqvatoris 62 longitud: circiter 342, Eſtotilandia lat. 58 long. circiter 290 vulgo collocetur, longius igitur in Americam eos progreſſos oportet, ibiqve eam, qvam deſcribunt, Eſtotilandiam inveniſſe; terram certe ſpatioſam, qvippe Islandiâ paulò contractiorem, ſed fertilitate, utpote ſub mitiore cœlo, ſuperiorem, ditiſſimam, & omnibus rebus, etiam auro & variis metallis, abundantiſſimam, urbibus, arcibus, oppidis & ſplendidis ædificiis conſpicuam,

qvod